



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Quid ea sit? parag. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

De Approbatione Confessarii
necessaria.

§. I.

Quid ea sit?

VT Sacerdos idoneus reputatur ad accipiendam Jurisdictionem absolvendi Fideles, præterquam, quod debet carere excommunicatione, suspensione, interdicto personali, modo alibi explicato, oportet etiam ex Tridentino, ut sit ab Episcopo approbatus.

Aliqui ergo sentiunt, hanc Approbationem à Tridentino requisitam, nihil aliud esse, nisi meram, & simplicem testificatiōnem Episcopi, ut talis persona est, & non, ut est Episcopus, quæ scilicet ipse testatur, hunc Sacerdotem esse aptum ad Confessiones excipendas, quia ejusmodi simplex testificatio satis, superque est ad intentum Tridentini.

Aliqui et verò contendunt, esse sententiam, seu juridicam testificationem, quam idem Episcopus, ut Episcopus, profert de dicta aptitudine. Cum enim (ajunt) approbatio requisita à Tridentino sit quid quæ de conjunctum, & pertinens ad completam pñ. set. 6. Jurisdictionem Confessarii, sicuti ipsa Jucitans Fa-risditio, quæ confertur Confessario, probium, Eo cedit ex potestate Jurisdictionis Episcopi, nacta. Et sic, ita procedat, & approbatio necesse Bordonii, est.

2. Et quidem ex hac posteriore opinione sequitur, nullam esse Approbationem factam ab Episcopo excommunicato vitando, quia, ut scimus omnes, ab excommunicato vitando, vel tollitur, vel suspenditur omnis Jurisdictio. Contra et ex priore sequitur, validam esse, nam illa mera testificatio non oritur à potestate Jurisdictionis, neque ab aliquo, quod per excommunicationem tollatur, vel suspendatur, perinde; ac, proper eamdem rationem, valida est assentitia matrimonii exhibita à Parochio vitando.

3. Utroque sententia videtur probabilis, prior tamen est expeditior, & Tridentini

verbis (ut accurate ea perpendenti patebit) conformior.

4. Hæc autem, sive testificatio, sive sententia, non est, nec esse debet solum judicium de doctrina sufficienti Sacerdotis, sed etiam de morum integritate, & prudentia, ceterisque conditionibus ad confessiones Fidelium dignas excipendas: nam propterea, etiam si Sacerdos secularis, vel Regulare dignè, quoad literas, gaudeat laurea Doctoratus, vel sit Magister, seu Lector Theologiae, &c. indiget Approbatione, quia Doctoratus, vel Magisterium quantumvis notiora sapientia, nihil probat de moribus &c. Lege Thomam d' Hurradum.

d T. Hurt.
5. Quod eadem testificatio, seu approbatio debeat esse data non ex errore, vel n. 1860. dolo, & quid si ex metu? vel, quid si in- e Supræc.
juste negetur: diximus supra e satis.

6. Porro, ut omnia hic breviter colligam, quæ sunt sc̄tiæ necessariae de predicta sess. 23, c. Approbatione, percurram bieviter aliquot 15. de Reclausulas Decreti Tridentini, f. quod illam form. induxit, quasque prolixè habes apud Fa- g. Fag. li. gundez, g. aliquo. Decretum autem est 7. in 2. Ec- hujusmodi. cl. præcep.

Decermit Sancta Synodus, nullum, etiam c. 2. per Regularem, posse confessiones Sacularium, etiam totum. Sacerdotum audire, nec ad id doneum reputari, Barbo. in nisi, aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopis, Conc. Tri- per examen (si illis videbitur esse necessarium) den. d. c. ant alias, idoneus judicetur, & Approbationem, 15. qua gratis datur, obtineat, privilegiis, & con- suetudine quacunque, etiam immemorabili, non obstantibus.

§. II.

PRIMA CLAUSULA.

h Rodri-
quez.
Henriq.
Navarro.
Lop. ap.
Ant. Escobar.
in

1. **E**tiam Regularis. Quamvis aliqui ve- Theo. mor. pi non esse necessariam pro Regularibus probl. 30. exemptis, quia ipsi habent Privilegia, ut i Escobar. electi à suis Superioribus, & præsentati ib. addu- Episcopis, si hi nolint approbare, intelli- cens Suar. gaunt jure ipso approbari, tamen est aded Fagun. manifesta mihi, & aliis horum privilegio- alios.

Eduard.